

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Gelasius Conf. 5. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

legebat. Atque ad hoc denique lumen perspicere
viri virtutem sese etiam invidia fassa est. Ex Surio.

*Premittamus thesauros nostros in Cælum; sint vecto-
res pauperes, qui possunt sinu suo, que nostra sunt, ad
superna portare. Nemo de fraude dubitet bajulorum;
tuta est ista transvectio, per quam nostra ad Deum, Des-
fidejussore, portantur.* S.Pet.Chrys.sermon.7.

S. GELASIUS CONF. 5. Februarii.

GELASIVM habes,, sed. unà OPILIVM fratrem,
pietate ita germanos, ut ex eodem ovo pro-
gnatos dicere posses, si non utrumque per nos li-
ceret spectare. Utrumque igitur Placentia genuit,
utrumque extulit, hodieque etiam velut lucidissi-
mum cæli sidus , & morbidis propitium suspicit.
Et OPILIVM in cælo lucere quid mirum, quando
in cælum inter preces oculo , animo abire, imò
cùm lucem oculorum mors extinxit, radiare ta-
men visus est? Jam innocentiae & reliquarum vir-
tutum choro dum vixit , vitæ austerioritate velut
munimento quodam cavit. Itaque totos dies je-
junus agere, cœnamque à matre submissam roga-
toribus in ponte præbere, ipse satis sacrarum lite-
tarum lectione pastus cælique delitiis ebrius. Pari
passu cum OPILIO GELASIVS incessit , in omni-
bus fratri cedens præterquam virtutis palæstrâ ,
nihil invidens quam vitæ sanctimoniam. Sed ju-
verit nosse, quibus artibus invidiam hanc in ocu-
lis GELASII cælum accenderit. OPILIVM solùm
inter preces agere putabat : sed. cubiculum ingressus
socios illi assistere innumeros Angelos vidit,
mox Christi vocem illam audivit : *Sinite parvulos
venire ad me , talium est regnum cælorum.* Hoc in-
quam spectaculum, hæc verba animū sauciarunt;

hæc

.Feb.
icere
rio.
vecto-
st, ad
rum;
s, Des

i.
rem,
pro-
os li-
nuit,
dissi-
picit.
ndo
imò
e ta-
vir-
velut
s je-
oga-
lite-
Pari
mni-
strâ,
d ju-
ocu-
olûm
gres-
idit,
vulos
c in-
unt;
hac

6.Feb. VITÆ SANCTORVM. 79

hæc alas addiderunt GELASIO parvulo , ut ad Christum curreret, non jam nescius in sinum parentis se currere. Nunc cur aliò festinare cernimus pueritiam? An forte Christus non clamat? ah! ecce hodie iterum clamat. Sed non audit pueritia. Aures Ulysses mundus obruravit. Ex Ferrar.

Intellige esse tibi genus è cælo, cuius pater habetur in cælo; Age ut sanctè vivendo sancto respondeas patri. Dei Filiū ille se probat, qui vitiis non obscuratur huma- nis, qui divinis virtutibus eluceat. S.Pet.Chrys.f.68.

S. DOROTHEA V. M. 6.Februarii.

DOROTHEA Cæsareæ pro Christo captiva captivos in triumphum Cupidinem & Tyrannum duxit. Expugnanda enim binis sororibus tradita, quæ datam Deo fidem prodiderant, tam fortiter decertavit, ut ambas ab impiis castris ad antiquam fidei stationē redire compulerit: atque hæ quidē prodigionis crimen sanguine eluerunt; ipsa vero victorias victoriis perrexit necesse, cruentas illas quidem, sed gloriæ plenas, ut quæ sciret nullam tam sposo Christo placere virginē, quam quæ suā, non alienā ruberet purpurā. Itaque cum faces lateri ad moverentur, has illa nuptiales tædas credere; cum ad gladium citaretur, velut ad thalamum properare; inter lictores quasi paronymphos obambulare; ad supplicii denique locum, ut ad melioris cæli hortos ridere. Irrisit tam innocentem risum Theophilus quispiam, & è sponsi viridariis aut rosam sibi vernam, aut autumni munus pomum virginem poposeit. Promisit utrumque DOROTHEA, fidemque vix ingressa Elysios campos extemplò liberavit. Adebat lectissimus cælo Ephebus, & promissum Theophilo

D 4 codem